ac pro eisdem dominis terrestribus satisfacere tenebantur et successores
tenebuntur. Nullum terminum occasione premissorum vera vel simplici
infirmitatibus actione pro maiori. Ac legalibus quibusvis impe
diuntur differrent. Ad quietem dilectionem non petent poena trium Mor
carum et tertii poena Motionibus Appellationibus earumque pro
secutionibus suspensionibus prescriptionibus fatalis evasionibus
Ac generaliter universis dilationibus, iuribusque et facti omnibus beneficiis
eis se cum successoribus abdicant. Nulla prescriptione terrestri ob
stant.

Oparsczy et Mastirski recedunt

a protestationibus cum se ab utrinque factis

Comparentes personaliter coram officio et Actis publicis Nobiles
Andreas pr. Stanislaus filius Oparsczi ab una et Chri
stopherus Mastirski ab altera partibus sani mentis et cor
pore existentes, a terris districtibus iuribusque suis quibusvis
proprijs foroque competentibus, seque quilibet illorum seorsim cum suc
cessoribus bonisque omnibus huic Castri Premisliensis iurisdictioni
in toto quo ad infrata tantum incorporant et subijciendum publi
ce recognoscunt et quilibet illorum ex suo interesse fassus est
Quia ipsi volentes omnium iniuriarum et litium, que sibi qualecunque
sint illata, finem facere, et illis finem imponere, ex vi
amicabilis compositionis certorum Amicorum ad sopiendum mu
tuas differrent ab utrinque collectorum, ab omnibus generaliter pro
testationibus, obductionibus cum se seorsim ab utrinque coram
officio et Actis publicis ac Judaczowien. occasione illationum ab
utrinque vulnerum invasionisque domus ac certarum rerum rece
ptionis, factis, tum et relationibus Militum et Nobilium
coram eisdem officijs et alijs quibusvis Judicijs et officijs
ex parte ipsorum factis et recognitis, nullis penitus exce
ptis et exclusis, recedunt, ac easdem cassant mortifi

cant, obliterant, ac si illarum nota quevis in eisdem actionibus
fuerit, Necnon omnes Cittationes, Concittationes Castri et terrestres ab
utrinque ratione quarumvis iniuriarum cum se seorsim emanant, ac Ju
diciaque et officia quevis introducta omnes denique terminos ex eisdem
provenientes, amputantur et annihilant, perpetuis temporibus
sibique et suis posteris ratione premissorum supra expressorum
continuam perpetuum silentium imponunt. Hac sua perso
nali recognitione mediante Quod Memoriali firmatum est.

Thomikowski donat alio

Comparens personaliter coram officio et Actis publicis Castri Premisliensis
Nobilis Joannes Thomikowski filius Nobilis olim Pauli Tho
mikowski dicti Kokogha, de districtu Rawen. A terris Palla
tinatibus districtibus foroque suis proprijs quibusvis recedens
seque cum successoribus bonisque suis omnibus huic Castri Premisliensis
iurisdictioni in toto quo ad hunc actum incorporant sanus mentis et cor
pore existens publice recognovit Quia Nobili Bartholomeo
Thomikowski filio olim Nobilis Jozeph Kokogha Tho
mikowski et successoribus eius bona sua hereditaria vel tota et
integra sortis suae in parva villa Thomiki et alibi ubi
cumque in terra Rawen districtuque Rialen sit medietatem
Ac etiam bona omnia mobilia et immobilia, obligatoria ipsum ubi
vis in eadem terra et dictum spectant et concernunt, cum omni iure
Dominio et proprietate ac cum omnibus generaliter utilitatibus fru
ctibus censibus ac proventibus omnibus quovis nomine et cogno
mine vocitatis nil sibi et suis posteris ibidem iuris Dominij ac fru
ctuum utilitatumque universarum reservant, ac late longe et cir
cumferentialiter prout ipsemet dicta medietate sortis eiusdem
tenuit et prout se in suis metis et limitibus extendit iam
exnunc dat donat, Necnon et aliam medietatem eiusdem sortis
dicte ville similiter cum omnibus alienis nullis exceptis pro summa se
xaginta Marcarum pecunie monete polonice modo perpetue ven